nepos, Balthasar Batory, Jus Epatum Cur-
landiae recuperandi, et hypothecae titulo eundem
possidendi; Qui tamen ad Dominatum Transilva-
niae aspirans, Jus illud suum parvi pendens Cur-
landiae Duci Friderico cessit: Conatus est Frideri-
cus Curlandiae Dux deposita Marchioni pecunia,
Epatum obtinere; Ast Marchio conditionem
acceptare nullatenus voluit. Mortuo Ans-
pacho Marchione, cum ex ea familia Guilhel-
mus Curlandiae Coniugem acciperet, transactum
tandem est, ut Epatus iste in potestatem Guilhel-
mi Curlandiae, remissa triginta millium sum-
mâ dotis loco perveniret; Omnibus istis, quae
acta sunt ad Calculum reductis verum status
talis est, quod modernus Dux Guilhelmus Curlan-
diae Epatum hypothecarius est possessor cum
Clausula expressa = Iuribus Regalibus Epis-
copalibus et Capitulj, omnia ibi salvis per-
manentibus. Otto Epus Vinden Locus + Si-
gilli: Cui Nos supplicationi benignè annuen-
tes, praeinsertas Literas ad acta praesentia
suscipi, ex iisdemque authenticè extradi
mandavimus. Actum et Datum Vilnae
Sabatho magno anno Dni 1644. Regno-
rum nostrorum Poloniae XI. Sueciae XII.
anno.
Georgius Ossolinski Cancellarius Regni
supremus.
Locus + Sigilli.